

# Beiheft

2

S 107

1258 Dez. 25.

Gottfried von Gemen bekundet, daß Gottfried von Berenbroke ein Erbe in Hellen (Köpl. Billerbeck) an seine Schwester Elisabeth (Kanonissin in Breden) geschenkt hat. [28 107]

Ego Godefridus de Gemene praesenti scripto protestor, quod dominus Godefridus de Berenbroke in praesentia nostra sorori suae dominae Elisabet libere donavit domum in Hellen cum omnibus hominibus et omni fructu praedictae domui cum consensu cohaerendum suorum. Et ne ab aliquo super hoc imposterum molestetur et donatio domini G. rata permaneat ab ipso et a suis successoribus rata et stabilis conservetur, praesentem paginam eidem concessam nostro sigillo fecimus roborari. Huius rei testes sunt Engelbertus de Gemene et duo filii sui Vincentius et Engelbertus, Alardus de Heidene; Nicolaus de Kaminata, Lefhardus de Vesseke et Johannes frater suus, dominus Gerardus capellanus, Albertus Velmine (!), Gotscynus (!) de Rode, Albero de Lovesum, Gamor et frater domini G., Andreas de Brunchorst et alii quam plures. Datum anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>L octavo, ipsa die nativitatis Domini nostri.

Kopie im Barlarer Kopiar S. 121. — Wegen der Zeugennamen vergl. Nr. 29.